UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 11. De aduerbijs quibusdam, quæ aliter apud veteres interdum scribebantur, quàm nune solent. Emendatus Ciceronis apud Fabium locus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70864

Visual Library

de admodum piloſo repertus eſt. Roboris quidā ab... tiæ & calliditatis alij eſſe id argumentum volunt. ... ingenti certè calore proficiſcitur, quo qui abundan... & robuſti eſſe, & callidi ſolent. Itaq. eruditus & gra... diloquus poëta Nonnus libro XXVI. Dionyſiacon ... biris populis ait eſſe cor denſis veſtitum pilis: ideoq... audaciſſimos eſſe, neque vnquam in prœliis meta...

τοῖς ἔπι δυσαιῶν πυκιναὶ ςίχες, οἷσι καὶ αὐτῶν
φρικτὰ δασυςέρνων ἐκορύσσετο φῦλα Σαβείρων.
τοῖσιν ἐνὶ κραδίῃ λάσιαι τρίχες, ὧν χάριν αἰεὶ
ψυχῆς θάρσος ἔχουσι, καὶ οὐ πλάζουσιν ἐνυώ.

De aduerbiis quibuſdam, quæ aliter apud veteres in... terdum ſcribebantur, quàm nunc ſolent. Emenda... Ciceronis apud Fabium locus.

CAPVT XI.

QVOD nunc perpetuò *iſtinc* & *illinc* ſcribim... veteres nonnumquam *iſtim* & *illim* ſcribere ſo... litos conſtat. Recteq. factū à Petro Victorio eſt, qui in libris Epiſtolarū Ciceronis, antiquam ſcriptu... hac quoq. in parte cum fide repræſentandam puta... vt in epiſtola ad Valeriū: *Qui iſtim nunc veniunt*, & a... locis. Huius autem rei ignoratione deprauatus eſt Ci... ceronis locus ex epiſtolis ad Brutum, qui citatur à Fa... bio: neque correctus ab eruditis hominibus, qui Cic... ronis fragmenta ſtudioſè collegerunt. Ita enim vul... legitur, *Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum tra... feramus illinc mali quid: etſi argumentum ſimile non e...* In vetuſto autem Fabij codice, qui penes me eſt, ho... modo: *Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum tra... ferremus illim aliquid: etſi argumentum ſimile non e...* Hoc ne cui leue videatur, moneo alios quoque pri...

claſſis ſcriptorum locos eodem modo corruptos eſſe: quos aut nos ipſi, aut alij quandoque indicabunt.

De Thalete Mileſio hiſtoria elegans.

CAPVT XII.

THALES Mileſius magno vir & ſublimi, vt notum eſt, ingenio fuit: multaque admirabilia cùm in aliis diſciplinis, tum in aſtrologia primus excogitauit. Is cùm reperiſſet, quam rationem haberet magnitudo Solis ad magnitudinem eius circuli, quem Sol ipſe annuo curſu metitur ac conficit, quoque modo id Geometrica ſubtilitate demonſtrari poſſet: eam rationem cum Prienenſi quodam, homine & talium rerum curioſo, & diuite ac copioſo communicauit. Qui & acumen Thaletis, & inuenti pulchritudinem admiratus, præmium à ſe illum, quantum vellet, optare iuſſit. *Nullum te*, inquit, *aliud præmium poſco, Thales, niſi, vt ne tibi vnquam huius inuenti gloriam arroges: ſed ſi quando eius alios participes facere volueris, auctorem illius eſſe me perpetuò profitearis. Non igitur contemnunt gloriam ne ſapientiſſimi quidem: nedum nos, qui ſapientes non ſumus, æquo animo feramus, ſi quid à nobis interdum, ex quo laus aliqua poſſit exiſtere, animaduerſum eſt, id iniuſtè atque impudenter ab aliis occupari.*

De quibuſdam locis è primo Rhetoricorum Ariſtotelis.

CAPVT XIII.

ARISTOTELES libro primo De arte dicendi, vbi docet neminē ſanæ mentis deliberare de iis quæ vno tantùm modo euenire poſſunt, qui modò ea talia eſſe exiſtimet: ita loquitur. περὶ γὰρ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἢ γενέσθαι ἢ ἔσεσθαι, ἢ ἔχειν οὐδεὶς βουλεύεται, οὕτως ὑπολαμβάνων: vbi putat optimus interpres, eum complecti tria tempora. & certè tria verba, quibus vtitur, facilè id ali-